



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||  
IESV, || HISTORIARVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||  
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI  
IV. ||**

**Maffei, Giovanni Pietro**

**Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.**

**VD16 M 105**

Eiusdem ratio proximos adiuuandi. Cap. XI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

heret. Neque verò minori vigilantia & feueritate Præfectos ipsos quàm reliquos omnes in officio continerent; quietiam tanto plura maioraque ab illis, quàm ab his exigere solitus est, quanto superiores inferioribus, gradus & virtutum insignibus antecellunt. Idem, in respondendo agendoque, simplicitatem ita cum cautione coniunxit, ut satis apparet, alteram alteri non modò impedimento non esse, verùm etiam ornamento atque præsidio. Suspensa, vel ambigua, vel obscura verba, perplexum de industria incertumque sermonem; uti barbaras artes; & subdola mendacij tegumenta, fideique ac societatis humanæ perniciem, semper est detestatus: ac suo monstravit exemplo veritatis cultor eximius, quantum inter prudentiam & calliditatem intersit.

*Eiusdem ratio proximos adiuuandi.*

Cap. XI.



**N**IRAE fuit solertia in sollicitandis mortalibus, & à diaboli seruitute ad Christi Domini obsequium traducendis. ac quibus artibus dæmon ad animarum perniciem vitur, easdem ipse (quoad liceret, ac fas esset) ad hominum salutem ac beneficium transferbat. Voluntates ac naturas eorum quibus cum ageret, festinè odorari; ambitiosis splendida, auaris vilia, voluptuosis iucunda proponere; & suo, quod aiunt, hano vel esca quemque piscari. Iam in congressu, maxime Principum, id obseruabat in primis, ut sermonis iniuria illis daret, extrema reseruarer sibi: cauebatque ne de rebus etiam diuinis ineptè vel ad satietatem ac fastidium loqueret. Tristem verò & horridam sapientiam (vtiq; postquam in lucem hominum prodijt) semper vitauit: cuius philosophiæ nomen ipsum, intelligeret, etiam si mortali tractetur, tamen satis odiosum esse per se; nihil in habitu suo, vel in genere vitæ, rarum aut notabile conuenienti voluit: ac semper sese, quibus rebus honestè ac religiosè



giosè potuit, ad communem consuetudinem referre  
 davit; neque cōmisit, ut quod ipse non fecerat, in alio  
 reprehendere putaretur: proflus, ut eius mores per  
 fronte, vel eminus inveniendi, vnus aliquis copulo  
 retur esse: verum quò propius illum inueniret, quo  
 diutius ac familiarius vteretur: eò magis perfrater  
 virtutesque viri, tanquam odorem ex affinitate  
 atque id ipsum est causa, cur nostris nullam in vultu  
 ornatumve, religionis iniunxerit notam: sed quò  
 in hominum cœtus & consuetudinem impertiret  
 tempestiuus colloquijs vnumquemque ad vultum  
 cumque gentium versarentur, quàm modestum  
 gentis habitu iussit incedere: neq; vili dæe  
 à sensu cōmuni vel ab humanitate abhorrentia  
 de vituperabat moderatores animarū cœp  
 demq; via, ac fermè q̄ ipsi tenuisens, cœ  
 diam virtutis cōnarentur adducere, vel  
 ad pietatem esset sua sponte propensus, formidat  
 gendumque suscipere: sed ipse nimirum  
 barbaros homines non dubitabat aggredi, sed  
 lis quod dabatur acciperet: & quos ad cōsili  
 prouehere non posset, certè ad præcepta  
 nitebatur. atque vt bonus agricola nō tantum  
 fructuosas arbores, sed etiam deprauatas, neque  
 tiles colit: easque vel ad vniculis enigi, vel  
 dendo castigat, vel sub aliena latentibus  
 aperit, vel telluris vitio laborantibus  
 ille, rerum difficultate nequaquam  
 bat in primis quod ingenium qua ratione  
 esset; iisdemque saepe morbis, pro v  
 diuersas modò, sed etiam contrarias inter  
 adhibere cōsueuerat. Quòd si quem, omnia  
 men è cœno peccatorum extrahere neque  
 deo contrahebat animum, vel se argon  
 oleum & operam perdidisset: sed cōtrecto  
 fructu contentus, acquiescebat in alio  
 uinæ cōsilio. De spiritu discretionis  
 tiam habuit maximam) de que moderatam



multa præcepit egregiè: quæ quoniam exstant scripta  
(quemadmodum initio diximus) nihil est quod à nobis  
hoc loco ingerantur.

*Vita eius quotidiana, & domestica.*

Cap. XII.



**S**OCIETATI Præpositus, deuota  
iam ætate; viuendi priuatim hanc ser-  
mè normam tenebat. Manè, vt pri-  
mum euigilasset, certum tempus da-  
bat precationi, & contemplationi bo-  
norum coelestium: deinde, si sacrifi-  
candum illi esset (quod munus prop-  
ter summam animi attentionem, & corporis imbecilli-  
tatem, sæpe intermittere cogebatur) sacro, sub vesperâ  
pridie, ad Urbis consuetudinem ordinato, & accuratè  
præcognito, rem diuinam faciebat: quæ recitanda so-  
renat, vel in priuato sacello, nemine præter administrum  
adstante, contra morem Hispaniensem elata pronun-  
tians voce. vsque ad eo Ecclesiæ Romanæ ritus omnes  
& ceremonias adamauerat. A psallendo, quamquam in-  
uitus abstinerebat, quòd ei propter vim lacrymarum, &  
frequentem ecstasim qua corpus mirè affligebatur, eius-  
modi officio summus Pontifex nominatim interdixe-  
rat. A sacro, si cuius negotij causa proeundum esset,  
comite vno prodibat: si minus, admittendis audiendis-  
que vel domesticis vel externis operam dabat, serena pa-  
tisque semper, vt diximus, fronte: minimè suspiciosus il-  
le quidem, aut timidus; ac tamen apprimè circumspe-  
ctus ac prouidus: vt illi non facile quisquam posset im-  
ponere. Actiones autem omnes, è diui Basilij præcepto  
condiebat ratiæ precationis sale: seque ipsum, vt dictū  
est, exercebat subinde, ne quid labis ex quotidiano mor-  
taliū rerum vsu contraheret. A prandio, post gratia-  
rum actionem, remissionis causa, de rebus haud ita se-  
rijs molestifve sermones habebat iucundos; qui tamē, vt  
plurimum, ad agendi & gubernandi scientiam facerent.

Inde